



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Acta Ecclesiae Mediolanensis**

Actorvm Ecclesiae Mediolanensis, Pars Tertia - In Qva, Liber Memorialis Ad  
populum Ciuitatis, & Dioecesis Mediolanensis, A Beato Carolo Borromaeo  
Titvli Sanctae Praxedis compositus continetur

**Borromeo, Carlo**

**Brixiae, 1603**

Formula facultatis visitatoris in ali qua vrbis, aut Dioecesis regione, seu  
parte.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10502**

ri, demolire ad præscriptum Concilio-  
rum, & instructionum nostrarum, ac vi-  
sitationis Apostolicæ in primis, illaque,  
ac illarum materiam in profanos vñsus  
non sordidos, erecta tamen ibi cruce ad  
præscriptum Concilii Tridentini, con-  
uertere tibi facultatem tribuimus: ac in  
beneficiis vacantibus per obitum, vel  
resignationem, etiam in curia, seu ali-  
ter quomodocunque, etiam referuatis,  
vel affectis, si parochiales sint, statim  
habita notitia vacationis Ecclesiæ, ido-  
neum Vicarium, qui onera ipsius Eccle-  
siæ vacantis sustineat, constitutas, Vice-  
curatosque, Capellanos, Confessores,  
vbi opus esse cognoueris, ad bimestre  
duntaxat deputes. Nec non informatio-  
nes assumen, in causis ad sanctum offici-  
um inquisitionis spectantibus, contra-  
que quocunque regulares proceden. vt  
que ad sententiam inclusiue, iuxta for-  
mam facultatis literis Apostolicis no-  
bis datæ, ac in ipsa visitatione extra ci-  
uitatem tantum. De causis etiam spon-  
salariorum inter personas, quarum altera  
saltem illius plbis sit, quam tunc visi-  
tabis, cognoscendi, denunciationesque  
etiam iuxta eiusdem Concilii Tridenti-  
ni dispositionem remitten. potestatem  
facien. quæcunque Ecclesiastica Sacra-  
menta ministrandi, verbum Dei prædi-  
can. corporalia, & paramenta Ecclesiastica  
quæcunque benedicen. Ecclesiæ  
quoque, & cœmeteria polluta, adhibi-  
ta aqua per nos benedicta reconcilian.  
cæteraque omnia in præmissis, & circa  
ea necessaria, seu quomodolibet oppor-  
tuna gerendi, & exequendi, plenam, am-  
plam, atque omnimodam facultatem,  
qua possumus, tam ordinaria, quam Apo-  
stolica nobis delegata auctoritate, teno  
re præsentium tibi damus, concedimus,  
ac impartimur. Mandantes omnibus &  
singulis vicariis nostris, Archipresbyte-  
ris, Archidiaconis, Præpositis, Primice-  
riis, Canonicis, Parochis, Rectoribus  
Ecclesiasticis, Altariumve Capellanis, cle-  
ricis quibuscunque, & cæteris beneficia  
cuiusvis generis Ecclesiastica obtinen-  
tibus, & locorum item piorum curato-  
ribus, Præfectis, atque administratori-  
bus, vniuersitatibus, aliisque item om-  
nibus & singulis, ad quos spectare vlo-

modo potest, vt te visitatorem per nos  
vt supra delectum & constitutum reci-  
piant, tuisque monitionibus, præceptis,  
decretis, ac iussis pareant, pœnis propo-  
situm, etiam pecuniariis, interdicti, su-  
sensionis, & excommunicationis in  
subsidiis, pro contumacia, culpæve gra-  
uitate, arbitrio nostro, vel tuo declaran-  
dis, & irrogandis, ac locis piis applican-  
dis. Magistratibus vero, iudicibus, &  
aliis officialibus curiæ secularis, tam in  
ciuitate, quam in diœcesi, nec non vni-  
uersitatibus, communitatibus, & aliis ad  
quos spectat, in virtute sanctæ obedien-  
tiae præcipimus, & mandamus, vt quo-  
ties à te fuerint requisiti, tibi pro præ-  
missorum executione assistant, omnemque  
fauorem, opem, & auxilium, etiam  
brachii secularis, promptè & efficaciter  
præstant, atque exhibeant. Hanc ve-  
ro visitationis delegationem, cæterasq;  
omnes facultates, his nostris Archiepi-  
scopalibus literis, vel vniuersæ, vel spe-  
cialitatem concessas, per totum hunc annum  
tibi suffragari volumus. In quorum si-  
dem &c. Dat. &c.

Formula facultatis visitatoris in aliqua  
vrbis, aut diœcesis regione  
seu parte.

C Arolus &c. Dilecto nobis in Chri-  
sto Reueren. D.N.Sacerdoti Medio-  
lanen. &c. salutem & benedictionem à  
Domino. Sacrorum Canonum, ac Tri-  
dentinæ sanctionis auctoritate, & pasto-  
ralis eure ratione excitati, superioribus  
annis, visitandi munus in vrbe, & diœce-  
si aggressi, quo debemus charitatis stu-  
dio, non potuimus longius in eo progre-  
di, aliis legitimis, grauissimisque occu-  
pationibus impediti, quæ Archiepisco-  
palem nostram vigilantiâ depositabant.  
Porro animaduertimus præterea, non  
posse per nos ipsos solum vrbis ac diœ-  
cesis nostræ totius, quæ longè lateque pa-  
tet, visitationem ad constitutum biennij  
tempus ex Tridentino præscripto pla-  
nè absolu. Itaque in eam deliberatio-  
nem venimus, vt, quod diligentius & vi-  
sitationem vniuersam absoluamus, & in  
executionis vsum perpetuò salutaria de-  
creta inducamus, Ecclesiasticos aliquot  
homini-

homines, spectata morum probitate, prudentia, doctrina, disciplinæque Ecclesiasticæ vsu peritos deligeremus, qui bus tum visitandi, tum omnem executionem procurandi, promouendive munus committeremus. Quamobrem nos de tua in primis pietate, charitate, prudentia, integritate, & peritia confisi, sperantesque inde fore, ut quæ tibi, tuæque visitationi, atque promotioni commiserimus, mandauerimusve, ea per te benè agantur ac gerantur; te etiam vnum ex ijs quos delegimus, nostra Archiepiscopali auctoritate, omnique alia meliori ratione, his literis Prafectum, Promotorem, Visitatorem nostrum declaramus, decernimus, atque constituimus, facultatibus tibi ut infra attributis. Primò igitur hoc tuæ charitati, prudentiæ, & solicitudini delegamus, atque committimus, ut nostro nomine, nostraque tum ordinaria, tum Apostolica nobis in hoc visitandi munere, vel Canonum iure, vel pontificiis sanctionibus, vel Tridentini Concilij decretis, delegata auctoritate, huius urbis vel diœcesis partem, nempe regionem N. diligenter & accuratè visitemus; Ecclesiæ non modò maiores, sed minores, parochiales, collegiatas, tum illas præterea, quæ sine cura sunt, capellas item, Oratoria quævis, Hospitalia, collegia, sodalitia, confraternitatis laicales, seu scholas, aliove quouis nomine nuncupatas, eleemosinas etiam, Montes pietatis, charitatesve, & alia pia loca omnia cuiusvis nominis, etiam ad laicorum curam procreationemve pertinentia, & cuiuscunque item Ecclesiæ, aut Hospitalitatis, aut Confraternitatis, aut eleemosinæ, aut Montis pletatis, aliorumve pitorum locorum, tam viatorum, quam mulierum, fabricas, scholas etiam, librarias, & publicas bibliothecas, & artis impreseioræ officinas; & Ecclesiæ item parochiales Monasterii etiam exemptis yunionis iure adiunctas, & earum item Sacerdotes, & Clericos, quod ad parochiale curam, Sacramentorumque administrationem, & decretorum executionem attinet, sive regulares, sive seculares in illis ipsis Monasterijs ecclesiæ sive curâ gerentes; & alios

præterea, non solum ecclesiasticos homines, sed populos etiam curæ nostræ commissos, sedulò planeque visites, ac visitare studiosè cures. Vbi verò regionis viuenteræ tibi commissæ, vel partis eius visitationem semel obieris, conferisve, harum etiam literarum auctoritate, tibi licere uolumus, item eandem regionem eiusq; partem visitando obire. Quæ in re id per te consultum & prouisum iri cupimus, ut quas Ecclesiæ, quemve clerum, ac populum, prioribus visitationibus non perlustrasti, nec visitasti, de ijs accurate primò visitadis omnino præstes, posterioribus quas inieris visitationibus; si modò hoc visitandi officium, aliis partibus tunc magis necessarium atque opportunum esse non vide ris. Quod si fortassis, vel eadem regionis pars, vel aliqua illius ecclesia potiusquam alia, visitationis tuæ officium requirere videbitur; tum reliquarum visitatione intermissa, ad illam ipsam redeas licet, cui in tempore parti succurrendum esse censueris. Atque verò in omni sanè visitatione quam obieris, tu omnino vide atque cura hoc in primis, quod per nos tibi commendatum, tuæque diligentia dominissimum, pro tuo munere, quantum in te est, præstare debes; ut I E S V Christi Domini ante omnia voluntate tibi proposita, qui omnes homines saluos fieri cupit, animarum saluti, omniq; earum in officiis studiisque salutaribus progressioni prodeesse studeas. Proinde verbi Dei prædicatione, vel cohortationibus, vel admonitionibus, vel alio officii genere, ad pietatem, ad religionem, ad veram sanctamque motum disciplinam, ad vitæ innocentiam, ad pacem & concordiam omnes excites. Omnia Ecclesiæ necessitatî, & locorum, prout opes esse videris, salutaribus rationibus prouidè consulas. De clericis morib; clericalis vitæ progressione, sollicita in diuinorum cultu diligentia, sacraum literarum, & spiritualis vitæ studiis, Ecclesiasticisque exercitationibus inquiras. De Parochorum item zelo in salute animarum procuranda, sedula in ministrandis Sacramentis diligentia, de frequenti in pascendis verbo Dei fidelibus officio, de omni

dens;

denique eorum in cæteris parochialis munieris partibus vigilantia, accurate peruestiges. De populi præterea moribus, de illius in Christianæ veritatis operibus studio, de pia eiusdem in ecclesiis conuersatione, de festorum dierum cultu, de doctrinæ Christianæ scholis, de piis sodalitatibus earumque institutis, de reliqua denique omni eiusdem populi disciplina, & in via Domini progressu, sollicitè disquiras. De Ecclesiærum item cultu, nitore, instauratione, earumque fabrica exteriore & interiore, de Capellis, Altaribus, Baptisterijs, sacrarijs, oratorijs, cæterisque id generis; tum de vestibus, etiam sacris, ornamentijs, vasibus, alioque ecclesiasticæ supellec[t]ilis apparatu, sedulò dispicias. Porro cum in ijs quidem vniuersis ac singulis, quæ mox supra vel generatim vel speciatim tibi mandauimus; tum in aliis præterea omnibus, quæcumque ad rectam sacramentorum administratiōnem, aut ad Cleri, & Canonicorum, & dignitate ecclesiastica præditorum, & parochorum, & reliquorum Sacerdotum, aliorumque ecclesiasticorum hominum, vitam ac studia, aut ad diuinorum officiorum rationem, aut ad ecclesiasticarum cultum, ornatum, fabricam, & supellec[t]ilem, aut ad populi mores, aut ad piarum voluntatum executionem, aut ad re Etiam gregis Christiani institutionem, ad omnem deniq[ue] Christianæ vitæ conformatiōnem, animarumq[ue] salutem pertinent; consulas, geras, agas, quæ necessaria atque opportuna sunt. Atque ob hanc quidem causam, quæ omni eo de genere pontificiis sanctionibus, Canonum iure, Oecumenico Tridentino Concilio, nostris prouincialibus dicecessanisq[ue]; Synodis, visitationum nostrarum præscriptis, visitationeque item Apostolica, iussis Archiepiscopalibus, nostris Edictis, pastoralibus etiam literis, instructionibusque, quacunque de re per nos iam editis, atque in posterum Deo iuuante edendis, decreta, constituta, sanctiave sunt, ea vniuersa & singula, non solum cum visitationis munus obis, sed omni alio quovis tempore his literis præfinito (nisi aliter speciatim statuerimus) vt promoueas, prouochas, procū-

res, exequaris, atq[ue] in executionis usum inducas, his literis tibi potestatem facultatemque damus, tribuimus, atque concedimus; sperantes fore, vt in bonis moribus tuendis, & in prauis corrigendis, & in vitiis tollendis, & in virtutibus disseminandis, & in peccatoribus emendandis, & in Ecclesiæ instaurandis, & in supellec[t]ile apparanda per eos quorum interest, & in omnibus vtsupra agendis, proq[ue] tua prudentia & charitate promouendis, prosequendis, atque adeo exequendis, omni ex parte constet fructus accurate visitationis tue. Iam vero ad peccata exterminanda, & morum corruptelas, vitiaque conuelenda, omni iure vtaris. De criminibus, delictis, atque excessibus contra reos in actu visitationis inquiras, ac processum conficias; aut si expedire censueris, eorum nomina ad nos, Vicariumve nostrum deferas; necnon procedas contra quoscumque regulares, processusque superinde factos ac fabricatos, ad Vicarium nostrum deferas: contumaces quoscumque, & in ijs omnibus, quæ vel vniuersæ, vel speciatim mandauimus, parere recusantes, aut alia ratione repugnantes, multis, ac interdicto compescendi, irrogandi, & omnia denique ac singula agendi, gerendi, mandandi, exequendi, quæ ad Dei gloriam, ad diuini cultus conseruationem atq[ue] amplificationem, & ad animarum salutem expedire censueris, liberam & amplam facultatem, tam nostra ordinaria, quam Apostolica auctoritate nobis delegata, his literis tibi damus & impartimur. Hancque ipsam omnem facultatem & potestatem, in ijs etiam per nos tibi tam auctoritate ordinaria, quam delegata datam & concessam, declaramus, quæ vel præcipiam, & speciale, sigillatimque & expressam mentionem, vel aliam quamvis enucleatam explicationem, vel exquisitam formam, præcisè seruandam requirerent; quæ omnia & singula perinde haberi volumus, ac si planè de verbo ad verbum ijs literis explicata, atque enucleatæ speciatimque adscripta essent. Quare vniuersis & singulis Ecclesiasticis hominibus, & cæteris omnibus, quæ dignitate, gradu, conditione, gene-

re,



re, & ordine præditis, districte inhibemus, propositis, arbitrariis poenis, suspensionis, & interdicti, per te aut per nos declarandis, irrogandisve, nè te, quo minus quæ tibi, visitationique tñæ, aut generatim aut speciatim commisimus vel mandauimus, exequaris, vlo modo impedian neque retardent, nec verò visitationi isti tuae impedimentum, retardationem, moramve affestant: id propterea, ab omnibus ac singulis, quacunque, etiā sacerdotali dignitate potestateve fulgentibus requirentes, vt tibi, tuisque, in omnibus quæ diximus faueant, atque assistant. Quod si visitatio committatur in aliqua urbis regione, addantur hæc quæ sequuntur. Interea caueas, nè aliqui in sumptibus onerosus sis, nec ad aliquos in actu visitationis diuertas, cibumque capias, nec quidquam vel exigui muneris, vel doni, etiam esculenti poculentiae, etiam à sponte dantibus, recipias. Tu autem (quod minimè futurum speramus) si quidquam acceperis quouis prætextu, scias te poenis Lugdunensi, Tridentinoque Concilio, sanctis, & restitutionis præterea vinculo ad strictum teneri. At verò nos, adiutrice Dei gratia, hoc de te cōsidimus, vt quam in visitationis munere tibi committendo spem, fiduciamque habuimus, ei plæne respondeas; non modò tua solicitudine, sed continentia, integritate, abstinentia, cæterisque Christianis virtutibus, quibus gregi visitationi tñæ per nos cōmissio salutariter consultum esse voluimus. Mandantes omnibus singulisque Vicariis nostris &c. vt te præfatum visitatoremve per nos vt supra de lectum & constitutum recipient, tuisq; monitionibus, præceptis, Decretis ac iussis pareant, poenis propositis, etiam pecuniariis, arbitrio nostro applicandis, & interdicti, suspensionisve in subdium. Hanc verò visitationis delegationem, cæterasq; omnes facultates his nostris Archiepiscopalibus literis speciatim concessas, volumus tibi suffragari per biennium, etiam in aliis huius Cœnitatis & dioecesis partibus, locisve, & personis. In quorum fidem &c.

Hæ facultates interdum limitari solent, præsertim si in vrbe obeunda sit

visitatio, vbi facile est ad Reuerendissimum Archiepiscopum, Vicariumque generali, atque alias officiales confugere, in iis quæ maioris sunt ponderis atque momenti. In dioecesi verò ampliores conceduntur.

Formula facultatis Visitatoris generalis  
in aliena Cœnitate & dioecesi ex  
delegatione Apostolica.

**C**arolus &c. & Visitator Apostolicus ciuitatis & dioecesis Brixie, tibi dilecto nobis in Christo Reueren. N. salutem & benedictionem in Domino. Cupientes visitationem huius urbis Brixie, per nos inchoatam, quamprimum iuante Deo perficere, visitationi eiusmodi per te ciuitatis & dioecesis incumbi volumus, vt ea deinceps quam celerimè fieri poterit, per nos ipsos absoluamur. Quamobrem de tua pietate, integritate, prudentia, & religione confisi, te Reueren. N. auctoritate Apostolica, ac literis Congregationis Visitationis Illustrissimorum Cardinalium super reformatione nobis delegata, tenore præsentium Visitatorem Ciuitatis, & dioecesis Brixien. constituiimus, nominamus, & deligimus; qui vice nostra Cathedralem, collegiatas, & parochiales, & alias quascunque cum cura & sine cura Ecclesiæ, & capellanias, ac beneficia Ecclesiastica, etiam ruralia, & alia quæ cunq; quouis nomine nuncupata, & qualificata, etiam de iure patronatus laicorum, cuiuscunque status, & conditionis, ac dignitatis sint, etiam quomodolibet exemptas, vel exempta, & Sedi Apostolice immediatè subiectas, & subiecta, ipsarumque Ecclesiæ Archidiaconos, Præpositos, Archipresbyteros, aliasque dignitates, etiam principales iu iphis cathedrali & collegiatis, ac personatus & officia obtinentes, Canonicos, Rectores, portionarios, presbyteros, beneficiatos, clericos, & personas cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, & conditionis existentes, aut quouis officii nomine ac titulo præditos, etiam ut præfertur exemptos. Item monialium Monasteria, ipsasque moniales Reuerendissimo Ordinario subiectas; necnon Ecclesiæ,

& Sa-